

PRIMA PARS DE INTERCAPEDINE IN

bulæ. Et numerus inventus in angulo communi amborum numerorum est pars proportionalis quæ sita sub illis conditionibus. Quòd si ambo numeri fuerint minuta, tunc in angulo communi erunt minuta & secunda. Si autem unus numerorum fuerit minuta, alter secunda, tunc in angulo communi erunt secunda & tertia. Ratio autem quare & nominationes ita per introitum variantur, quia minutum habet se ut unitas, sed unitas addita unitati constituit binarium, quia minuta multiplicata per minuta, fiet productum secunda, si autem unus numerus esset minuta, & alter secunda, tunc in angulo communi numerus uersus dexteram esset tertiarum, & ille uersus sinistram secundarum, cuius etiam ratio constat, nam unitas addita binario, facit ternarium, igitur &c. sicut etiam patebit hac figura.

Si intro-	{	Mi.	} cum	{	Mi.	} fient	{	Mi.	Sec.	} Huius accipe exem-		
ducis.	{	Mi.		{	Sec.		{	Ter.	Ter.		} plum præcedentis opera-	
	{	Mi.		{	Ter.		{	Ter.	Qua			} tionis, cuius numeri intro-
	{	Sec.		{	Sec.		{	Ter.	Qua			
	{	Sec.		{	Ter.		{	Qua	Quin			tra 49. gradus paralleli

& differentia duorum numerorum areæ minuta 3. secunda 59. Cum numeris istis intra tabulam proportionum ad 60 minuta, primo cum 3 minutis differentia, sub linea transversali inclinata tabulæ, & in latere sinistro cum 30 minutis ultra 49 gra. paralleli, ex quorum directo in angulo communi reperio minutum 1. secunda 30. Deinde intra etiam cum secundis 59. differentia ad dexteram tabulæ, & cum minutis 30. ultra 49 gra. paralleli sub lineam transversalem inclinatam, & reperies in angulo communi secunda 59. tertia, 30. quibus fractionibus ita extractis, adde quodlibet suo generi, minuta minutis, secunda secundis &c. & conflabis minutum 1. secunda 59. tertia, 30. partem proportionalem quæ debetur 30. minutis ultra numerum areæ, qui 49 gradibus altitudinis debetur. Sic pariter etiam operandum cum in differentia longitudinum fuerint minuta.

Tabularum duarum sequentium ordinem ac seriem, atque denique usum earum generalem in primis præfari.

Hæ tabulæ continent proportionem singulorum parallelorum ab æquinoctiali circulo ad meridianum uel æquinoctialem circumulum. Nam prima earum intitulatur tabula Proportionum singulorum parallelorum ab æquatore ad meridianum, uel æquinoctialem circumulum, in gradibus longitudinum expansis, & continet in prima eius serie numerorum ad leuam manum, gradus longitudinum, siue eleuationis poli, uel gradus parallelorum ab 1. descendendo usque in 90 gradus, qui & gradus laterales dici possunt. Superior autem ordo numerorum in fronte tabulæ ab 1 in 9 expansus, numerum graduum differentia longitudinum, qui etiam gradus laterales uocantur representabit. Sub hac etiam serie numerorum sunt minuta æquinoctialis, & sunt sexagenaria, siue Italica, siue miliaria Geographiæ Ptholemæi, Nam quodlibet minutum unum miliare Ptholemæi denotabit. Reliquus uero omnis numerus in area tabulæ est proportionum graduum, minorum & secundorum singulorum graduum parallelorum ad meridianum, uel æquinoctialem circumulum.

Secunda tabula, inscribitur tabula Proportionum singulorum parallelorum ab æquatore ad meridianum uel æquinoctialem circumulum in gradibus longitudinum collectis, cuius etiam tabulæ ordo per totum se habet, sicuti prima tabula, hoc solo uariato, quòd hæc secunda gestabit in fronte eius gradus differentia longitudinum denarios, siue collectos à 10. in 90. Sub eodem etiam ordine numerorum sunt, ut in prima tabula, minuta æquinoctialis, sexagenaria, siue miliaria Ptholemæi Italica, ubi etiam unumquodque minutum, miliare unum Ptholemæi denotabit, quo etiam fit, ut

quarta